CERTIFICACION

COMPENDIOSA, Y JUSTIFICATIVA

de la obſervancia, y practica que han tenido los Reales Privilegios, concedidos por los Señores Reyes de Aragon, y Caſtilla,

A FAVOR DE LA CIUDAD DE VALENCIA, ſus Vezinos, y Abaſtecedores.

PARA LA LIBERTAD, Y FRANQUEZA DE PASTOS en todo ſu Reyno.



DON Thomas Vicente Tinagero, Secretario de ſu Mageſtad, y Eſcrivano Mayor del muy Iluſtre Cabildo, y Regimiento de eſta muy Noble, Magnifica, y Fiel Ciudad de Valencia, certifico: Que aviendo viſto, y reconocido los muchos Reales Privilegios, Gracias, y Mercedes, que los Señores Reyes de Aragon, y Caſtilla ſe dignaron conceder antigua, y modernamente à eſta Ciudad, ſus Pobladores, Vecinos, y habitadores de ſus terminos; y eſpecialmente deſde el Reynado del Invictiſsimo Señor Don Jayme el Primero, quien en el año de mil doſcientos y treinta y ocho la conquiſtò con la mayor parte de ſu Reyno, y la ſacò de la opreſsion de los Moros: de cuyos Privilegios ſe hallan muchos originales en ſus Archivos; otros eſtàn regiſtrados en los Archivos Reales de la Baylìa, y Real Patrimonio, y continuados en el Libro, y volumen de los antiguos Privilegios del Reyno; y otros eſtàn comprehendidos en los Fueros, y Actos de Cortes, que dichos Señores Reyes celebraron en eſte Reyno. Por ellos, y por los demàs Libros, y Pa-

pe-

peles, que pàran en los citados Archivos de esta Ilustre Ciudad, que estàn à mi cargo, consta, y parece, que dicha Ilustre Ciudad en virtud de los referidos Privilegios, Fueros, Gracias, y Mercedes, entre otras muchas franquezas, y libertades ha tenido, gozado, y posseìdo desde su Conquista hasta aora el derecho de servidumbre rustica, facultad, y regalìa de usar, desfrutar, y beneficiar todos los amprios, montes blancos, y terminos generales de todas las Ciudades, Villas, Lugares, y Castillos de todo su Reyno, con extension à los de la Comunidad de Teruel, para el uso libre, y franco de los pastos, y aguas, que necessitan los ganados de sus Abastos, y los de sus vecinos, que habitan dentro de ella, y sus terminos, para su crianza, y conservacion; como tambien para rozar, arrancar, y conducir piedra, arena, cal, yesso, madera, leña, y demàs menesteres para surtir, proveer, y conservar sus edificios, y fabricas; exceptuandose solamente los Bobalares, ò Redondas de cada Pueblo, que estèn hechos còn conocimiento, citacion, è intervencion de la misma Ciudad, como largamente lo justifican, y manifiestan los mismos Privilegios, y Fueros; de los quales los mas especiales sobre este assumpto de Pastos, Amprios, y provision de Abastos de esta Ciudad, son los siguientes.

(1) Priv. 8. del Señor Rey Don Jayme I. sobre Pastos, Piedra, Aguas, y otras cosas.

Noverint universi, quod Nos Jacobus Dei gratia, Rex Aragonum, Valentiæ, &c. Per Nos, & omnes successores nostros permittimus, & in perpetuum statuimus, damus, atque concedimus vobis Populatoribus Valentiæ præsentibus, & futuris, propter franquitatem, & libertatem vestram, & vestrorum omnium successorum, quòd numquam Nos, vel aliquis successor noster in Valentiam; possimus dare, vendere, impignorare, seu quolibet alio modo alienare, vel transferre ad milites, vel personas Ecclesiasticas, seu Sæculares, Curiam Civitatis Valentiæ, nec etiam ponere, nec mittere ibi ad tempus, vel in perpetuum aliquem pecunia, vel servitio mediante: Ordinamus, aut statuentes concedimus vobis prædictis Populatoribus, & vestris in perpetuum, quod Curia, sive Judex in persona sua propria

se-

ſedeat, ſerviat, & audiat, terminet, & diffinat omnes cauſas, & querimonias, cum concilio proborum Virorum de Civitate, niſi magnis, & arduis negotiis, aut gravi infirmitate fuerit ocupatus, vel alia juſta occaſione detentus, vel cum ipſe exire oportuerit extra Villam; quibus caſibus, poſſit omnia, vel eorum aliquid alicui ſapienti Viro, & habitatori Valentiæ delegare, & committere locum ſuum. Statuimus etiam, & damus, & concedimus vobis prædictis, & veſtris in perpetuum, quod facta compoſitione infra decem dies inter reum, & actorem, ſuper omnibus debitis, & omnibus aliis quæſtionibus Civilibus, & Criminalibus, vel cujuslibet alterius conditionis, gravaminis, & modi, reus non teneatur ſolvere, ſeu donare quartum Curiæ, nec de quarto illo infra prædictos decem dies aliquid tenus redundare; tranſactis autem decem diebus, facta quæſtione Curiæ, ſi reus Conventus fuerit, quartum dare, & ſolvere teneatur, præſtita tunc cautione de perſona, quod non fugiat. Statuimus in perpetuum, & concedimus vobis prædictis, & veſtris, quod omnis vicinus habitator Valentiæ, & ejuſdem termini, debitor, ſive fidejuſſor, poſtquam fuerit condemnatus, habeat elongamentum decem dierum ad perſolvenda debita creditori; & ſi forſam ſummam condemnationis tanta eſſet, quanta non poſſit infra dictos decem dies de facili, habere tempus ad ſolvendum, Curię, ſive judicis arbitrio relinquatur, & quod reus aſſecuret, quod ad tempus ſolvat debita creditori. Concedimus etiam in perpetuum ſtatuentes, quod poſt mortem Raymundi Desluc, cui pondus panis in vita ſua conceſſimus, non donemus, vel impignoremus, vel alienemus in perpetuum, vel alicui in vita ſua Officium Almudazafiæ: ſcilicet, ille qui poſt mortem dicti Raymundi fuerit à nobis in dicto Officio conſtitutus, mutetur de anno in annum, & nunquam ibi perpetuus aliquis in dicto Officio eſſe poſſit conſtitutus, aut à Nobis, quod ponderet, & meſuret fideliter ea, quę ponderanda, ſive menſuranda fuerint, & noſtra Curia pondus teneat, ☞ ,, & menſuram. Donamus etiam, & concedimus vobis prædi-,, ctis Populatoribus, & veſtris, quod Univerſis Caſtris, & ,, ſingulis Villis, Alcareis, Turribus, Manſis, & Locis, qui-,, buslibet aliis omnibus, & habitationibus infra Regnum Va-

 len-

,, *lentiæ constitutis, & constituendis, tam Ricorum-Homi-*
,, *num, Militum, Episcoporum, quam Clericorum, & Reli-*
,, *giosorum omnium, & Civium, possitis franquè, & liberè,*
,, *sine aliqua exactione nostra, & nostrorum, & cujuslibet al-*
,, *terius redemptione accipere, & lebare, trahere, & ducere,*
,, *& duci facere, atque scindi petram, calcem, & gipsum, &*
,, *molas sive rotas Molendinorum, & lapides ad melioranda,*
,, *sive ædificanda statica vestra, & murum Civitatis, & alia*
,, *vestra loca universa ubicumque fuerint infra Regnum Va-*
,, *lentiæ; & habeatis in perpetuum pasturales franquos in uni-*
,, *versis dictis Locis infra Regnum Valentiæ, excepto Boala-*
,, *rio à jure verò vestro, & vestrorum, penitus extrahentes.*
,, *Donamus, & concedimus in perpetuum omnes, & singu-*
,, *las cequias Civitatis Valentiæ majores, mediocres, & mino-*
,, *res, cum aquis, & aquarum ductibus, exceptis cequia, quæ*
,, *vocatur Regia, illa scilicet, quæ vadit usque ad Puzolum;*
,, *quarum cequiarum aquam, & aquarum ductus habeatis sem-*
,, *per, continuè, incessanter die, & nocte, ita quod ex eis pos-*
,, *sitis rigare, secundum quod est antiquitus consuetum. Datum*
,, *Valentiæ quarto Kalendis Januarii, anno Domini millesimo*
,, *ducentesimo trigesimo nono*-----------------------------------

(2) Priv. 9. original del Señor Don Jayme I. sobre la Franqueza general de Pastos.

Noverint universi, quod Nos Jacobus Dei gratia, Rex Aragonum, Majoricarum, & Valentiæ, Comes Barchinonæ, & Urgeli, & Dominus Montispesulani, per nos, & nostros concedimus vobis universis, & singulis Civibus, & habitatoribus Civitatis Valentiæ, & totius termini ejusdem præsentibus, & futuris in perpetuum, quod habeatis in Civitate, & toto termino Civitatis, & in omnibus Castris, Villis, Alcareis, & in quibuslibet aliis locis præsentibus, & futuris totius Regni Valentiæ pascua, herbas, & prata franca, & libera, sine omni censu, tributo, servitio, dono, servitute, & qualibet alia demanda, exactione, & perceptione qualibet; & totum Bestiare vestrum possit esse, & jacere, ire, & stare, & reddire, salvè, & securè, & liberè, & franquè per totum terminum Civitatis, & Regni Valentiæ, & habere in toto Regno pascua, & potationes, sine carnagio, herbagio, montatico, & beuragio, pro quorum aliquibus Nobis, & Nostris,

vel

vel aliquibus aliis quibuslibet, cujuscumque conditionis, vel dignitatis sint, aliquid non donetis unquam; imò sitis inde in perpetuum liberi, immunes, franqui, & penitus absoluti. Datum Valentię Idibus Januarii, anno Nativitatis Domini millesimo ducentesimo trigesimo nono-- Sig✠num Jacobi Dei gratia, Regis Aragonum, Majoricarum, & Valentiæ, Comitis Barchinonis, & Urgeli, & Domini Montispesulani-- Testes sunt Eximenus de Urrea, Frater Garcez de Roda, Pater Ferdinanduz de Zagra, Eximenus Petri, Eximenus de Tous - Sig✠num Guillermi Scribæ, qui mandato Domini Regis, hoc scribi fecit loco, die, & anno prædictis-- Locum Sigilli pendentis---

Atorgam, que els Pobladors de la Ciutat del terme de Valencia, hajen pastures franques, è liures dels termes de les Villes dels Cavallers, è Religiosos de era à era, è de acequia à acequia; è hajen un Albeurador sobre la Vila, è altre de jus la Vila; è si farà tala en blats, ò en viñes smenen aquella, è si talaran arbres donen cinch sous, smenada primerament la tala---

(3) Fuero 1. Rubrica de pasturis de las primeras Cortes del Señor Don Jayme el I. sobre Franqueza de Pastos.

Cavaller, ne altre no puxque fer vedat en algun Loch dintre los termens de la dita Ciutat, ni del Regne, sens nostra licencia, è sens perjudici daltre; mes puxca fer Boalar convenient, segons la valor, è la granea de la Vila, en la qual aquel fer voldrà---

(4) Fuero 3. de la misma Rubrica sobre Dehesas, y Boalares.

Nos Jacobus Dei gratia, Rex Aragonum, Valentiæ, &c. Fidelibus nostris Judici, & Alcaydis, & Tribus de Concilio Turolii, salutem, & gratiam: Pro parte Universitatis Civitatis Valentiæ, & Villarum Regni ejusdem fuit propositum coram Nobis, conquærendo, quod licet homines dictarum Universitatum hucusque consueverunt immittere ganata sua in terminis Turolii, ad pascendum libere, absque montatico, seu herbatico aliquo; nunc vero Concilium, & Universitas dictæ Villæ in præjudicium prædictarum Universitatum, montaticum inceperunt recipere de ganatis eorum, quæ ad pascendum immittuntur in terminis prælibatis; & etiam pro dicto montatico impignoraverunt aliquos ex eisdem Universitatibus, quare fuit Nobis supplicatum pro parte Universitatum prædictarum,

(5) Privil. 113. del Señor Don Jayme II. sobre los Pastos de Teruel.

quod

quod cum de prædictis aliud jam fecerimus mandamentum, pro quo desistere noluerunt à pignoratione, & montatico prædictis, vobis mandaremus, ut ipsos à prædictis desisti penitus faciatis, idcirco vobis dicimus, & mandamus, quatenus inhibeatis fortiter, & districtè prædictis hominibus dictæ Universitatis, ut desistant à prędicto montatico, seu herbatico, quod noviter recipere inceperunt, & pignora quæ inde facta sunt, propterea dominis eorum restitui faciatis, aliter scire vos volumus, si damnum aliquod inde insequatur; de bonis vestris illud emendari faciemus, & nihilominus vos de inobedientia fortiter puniemus. Datum Valentiæ Kalendis Maji, anno Domini millesimo tercentesimo vigesimo primo--------------------------

(6) Real Provision original del Sr. Don Pedro el II. sobre la possessiõ de pastos en Teruel.

Nos Petrus Dei gratia, Rex Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ, & Corcicæ, Comesque Barchinonis. Animadvertentes, quod super quæstione, quæ est inter Civitatem, & Villas Regales Regni Valentiæ, ex parte una, & homines Villæ, & Aldearum Turolii Regni Aragonum, ex altera, ratione Ademprivii, seu servitutis, vel juris pascendi pecora, seu bestiaria in terminis Villæ, & Aldearum Turolii, quam, & quæ habitatores Civitatis, & Villarum Regalium Regni Valentię prædictarum, asserunt se habere liberè, & habere debere absque omni inquietudine hominum dictarum Villarum, & Aldearum; præfatis hominibus earumdem Villæ, & Aldearum asserentibus, & dicentibus se habere libertatem dictæ Servitutis, & Ademprivii, ac suos terminos, esse liberos ab omni servitute pascendi, & se posse expellere Bestiaria, sive pecora dictorum Civium, & hominum Villarum prædictarum, à terminis ipsarum Villæ, & Aldearum, & ea montarare, sive carnerare, accipiendo unum animal, prædicto nomine Bestiarii; & hoc eisdem competere, tam de foro Turolii, privilegio, quam de usu, & possessione antiquis, de quibus memoria hominum in contrarium non existit: dictis etiam Civibus, & hominibus Villarum asserentibus servitutem, vel jus pascendi eisdem competere, ex usu, & possessione antiquis, quorum memoria hominum in contrarium non existit, & ex provisionibus, ac sententiis super hoc factis, & latis inter partes prædictas, super quibus coram nostræ Majestatis culmine diversa fuerunt exhibi-

bi-

bita instrumenta, scripturæ, & processus; utraque parte possessionem, ac titulum allegante. Cumque in similiter timetur, ne partes jam dictæ propter ea præsilirent ad arma: Nos hujusmodi scandalis, & fatis periculis observando, provisionem fecimus infrascriptam, auditis partibus, & habita plena cum nostro Concilio deliberatione, & consultatione: Videlicet quod dicti Cives, & homines Villarum Regalium in signum possessionis, vel qui dictorum servitutis, & ademprivii, & juris, quæ asserunt se habere, & habuisse, ponant in posse nostro unam taceam argenti; & versa vice, homines Villæ, & Aldearum Turolii ponant aliam taceam argenti in posse nostro in signum possessionis, vel qui libertatis, in qua se esse asserunt, & fuisse; ponant etiam bestiaria monterata, seu ratione montagii recepta, propter quæ secuta sunt pignora, & repignora, ab anno citra, inter partes prædictas, in posse nostro, vel illius, quem ad hoc duximus diputandum. Nos autem assignamus unam bonam personam, neutri parti suspectam, qui de prædictis, vocatis partibus, informationem recipiat, qua habita nos gaudere faciamus, commodo possessionis libertatis, vel servitutis, aut juris partem, quam invenimus possidere, vel qui & in jure possessionis, vel quasi potiorem esse, & eam in possessione defendamus, donec quæstio proprietatis fuit finaliter diffinita, vel alias amicabiliter sopita; & ne interim, pendente cognitione informationis prædictæ super dicta possessione possit aliquid scandalum subsequi inter partes, providimus nihilominus, quod Cives, & homines Villarum dicti Regni possint tenere, & pascere sua bestiaria in terminis dictæ Villę, & Aldearum, nec inde ejici valeant; sed Bajulus Generalis Regni Aragonum, nomine nostro, ponat, & assignet unam bonam personam, quæ non sit de Villa Turolii, vel Aldearum ejusdem; quæ quidem persona bestiaria montagra recipiendo ad conservationem juris eorum, & ex eorum numero bestiarii unam pecudem, vel plures, juxta usum, & consuetudinem, quam homines dictarum Villæ, & Aldearum allegant; & cum eidem recipi solebant personam, sive personas cujus, vel quarum recipiuntur bestiaria monterata, &



capita, quæ ratione montagii recipitur, & in continenti teneatur, ei, vel eis, quorum erunt bestiaria, tradentibus decem solidos Barchinonenses pro capite monterato, dicta bestiaria monterata, & quantitates quas inde receperunt, teneat, nomine Regio in sequestro. Et si habita informatione prædicta, apparuerit partem hominum Villæ, & Aldearum Turolii, in possessione potiora jura habere, de mandato nostro tradat dictas quantitates sequestratatas, hominibus dictarum Villæ, & Aldearum; si autem apparuerit, partem dictarum Civium, & hominum Villarum prædictarum, in possessione potius jus habere, restituantur dictæ quantitates sequestratæ, similiter de mandato nostro hominibus dictarum Civitatis, & Villarum, illis scilicet, à quibus receptæ fuerint, ut permittitur pro montagio supradicto. Per prædictam autem provisionem non intendimus aliquod perjudicium fieri, aut quomodolibet cercenari juri alicujus partium prædictarum in possessione, vel proprietate; imò volumus, & dicimus jus utrique partium, salvum remanere, tam in possessione, quam in proprietate, intendimus etiam, quod provisio facta super pignoribus, & repignoribus restituendis, etiam per Cives, & homines Villarum prædictarum, quod per homines Villæ, & Aldearum Turolii in suo robore remaneat, & effectu cum reservationibus possessionis, & proprietatis proximo nominatis. Quo circa tenore præsentis, universis Officialibus nostris, utrique etiam dictorum Regnorum, necnon hominibus quibuscumque in Civitate, & Villis Regalibus Regni Valentiæ, & in Villa, & Aldeis Turolii antedictis degentibus, mandamus firmiter, & expressè, quatenus provisionem nostram prædictam, & omnia, & singula supra contempta, teneant firmiter, & observent, & faciant inviolabiliter observari, & non contraveniant, nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione. In cujus rei testimonium præsentem fieri, & sigillo nostro pendenti jussimus communiri. Dat. Barchinon. Kalendis Aprilis, anno Domini millesimo tercentesimo quadragesimo primo -- Locum Sigilli pendentis-- Reg. secunda manu, undecimo foleo, p. vist.------

Nos

(7) Priv.41.original del Sr. Don Pedro II. sobre el salvo conducto de los ganados de Valencia.

Nos Petrus Dei gratia, Rex Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ, & Corcicæ, Comesque Barchinonis. Licet cuncta residentia, sub nostri Regimine Principatus, custodire, sub pacis, tranquilitatis, & securitatis dulcedine teneamus; illa tantum eo diligeutius obligamur ab universis injuriis, molestationibus, & offensis, ac vexationibus præservare, quo simplitiora, & mistiora esse noscuntur, & ad commune bonum, & non ad alicujus dispendium præspicimus redundare. Cum itaque, sicut accepimus, Cabaneæ bestiarorum Civitatis Valentiæ, & ejus termini, quæ utilitati Reipublicæ multipliciter obsequuntur, ac earum ductores per nonnullos habitantes in dicto Regno, & habentes in illo Castra, Villas, & Alcareas, & loca, seu prædia varia; & diversa malè tractentur, rapiantur, ac multis gravaminibus, dispendis, molestiis, ac vexationibus pasciantur, in eorum grave præjudicium, & contemptum Regiæ Dignitatis. Idcirco ad humilis supplicationis instantiam illorum de Civitate præmissa, & ejus termino, qui tenent bestiaria, & Cabanas, ut præfertur; tenore præsentis ponimus, recipimus, & constituimus sub speciali protectione nostra, guidatico, & commanda universos, & singulos Civitatis, & termini prædictorum habentes, ut præmittitur Cabanas Bestiarorum, & ductores, seu Pastores Cabanearum ipsarum, easdemque Cabanas cum suis rebus, animalibus, & familiis universis; itaque nullus cujuscumque status fuerit, sive gradus, de nostri confidens gratia, & amore, audeat, vel præsumat dictos Cabaneas habentes, pastores, ductores, familias, res, bona, & bestiaria, memorata capere, ledere, marcare, pignorare, arrestare, detinere, molestare, injuriari, seu quomodolibet impedire culpa, crimine, vel debitis alienis, nisi eos, vel ea principales fuerint, seu fidejussorio nomine obligati, aut in eis fatica inventa fuerit de directo, nec etiam in his casibus, nisi prout Forus Valentiæ fieri hoc permittat. Mandantes hujus serie, Procuratori nostro, ejusque vices gerentibus, Justitiis, Bajulis, cæterisque Officialibus, & subditis nostris præsentibus, & futuris quod præsentem protectionem, & guidaticum nostrum teneant firmiter, & observent, &

fa-

faciant inviolabiliter observari, & non contraveniant, nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione. Quicumque, aut contra guidaticum speciale, & protectionem hujusmodi, temeritate ductus, venire præsumpserit, iram, & indignationem nostram, & pœnam mille aureorum nostro ærario applicandorum, se noverit sine remedio aliquo incursurum, damno illato primitus, & plenariè restituto. Provisio tantum quod si memorati in protectione hujusmodi constituti, seu bestiaria supradicta damna intulerit alicui quovis modo, ea de plano, & sine diffugio teneantur, suadente Justitia resarcire. In cujus rei testimonium præsentem fieri, & Sigillo nostro pendenti jussimus communiri. Dat. Valentiæ undecimo Kalendis Martii, anno Domini millesimo tercentesimo quadragesimo primo-- Reg. secunda manu, quadragesimo foleo. Pro Vist.-- Locum Sigilli pendentis.--------------------

(8) Priv. 51. del Señor Don Pedro II. sobre el salvo cõducto de los Carniceros de Valencia.

Nos Petrus Dei gratia, Rex Aragonum, &c. Tenore præsentis ponimus, recipimus, & constituimus, sub nostra protectione, & commanda, & guidatico speciali, omnes, & singulos Carnifices Civitatis Valentiæ scindentes, & vendentes carnes in Tabulis, quas Jurati, probi homines, & Universitas dictæ Civitatis emerunt; necnon Procuratores, Gestores, negotiatores, familias, & bona illorum, & cujuslibet eorumdem ineundo, stando, & redeundo, per terram, & dominationem nostram, & quamlibet aquam dulcem: Itaque nullus, confidens de nostri gratia, & amore, audeat, vel præsumat superius nominatos, vel bona eorum, seu cujuslibet eorumdem in aliquo loco dominationis nostræ, marcare, & pignorare, invadere, ledere, damnificare, detinere, injuriari, culpa, crimine, vel debitis alienis; nisi illi, vel eorum aliquis principales fuerint debitores, vel fidejussorio nomine obligati, nec etiam in his casibus, nisi in quantum forus, & ratio fieri hoc permittant. Adjicientes, quod quilibet prædictorum ex eisdem causis, & ex eisdem casibus in pœnis præsentis protectionis censeantur incidisse; in quibus quicumque alii illos, vel eorum aliquem, ut præmittitur, offendentes, inciderent ipso facto, ut utrique equalitas observetur. Mandantes per præsentes Procuratori nostro, ejusque

que vices gerentibus, nec non Justitiis, Bajulis, cæterisque Officialibus nostris præsentibus, & futuris, quod præsentem protectionem, commandam, & guidaticum speciale, firmam habeant, & observent, & faciant ab aliis inviolabiliter observari, & non contraveniant quavis causa. Quicumque autem contra hujusmodi guidaticum, & protectionem nostram, temeritate ductus, venire præsumpserit, iram, & indignationem nostram, & pœnam quingentorum aureorum, nostro ærario applicandorum, se noverint absque remedio aliquo, incurrisse; damno illato primitus, & plenariè restituto, in cujus rei testimonium, præsentem fieri, sigillo nostro pendenti jussimus communiri. Dat. Barchinon. quinto Kalendis Aprilis, anno Domini millesimo tercentesimo quadragesimo quarto.

Petrus Dei gratia, Rex Aragonum, Valentiæ, &c. Dilecto Conciliario nostro Garciæ de Loris, Militi vices Gerenti Gubernatoris Generalis in Regno Valentiæ, vel ejus Locumthenenti, ac aliis qui pro tempore, dicto præerunt Officio, salutem, & dilectionem. Nuntii Civitatis Valentiæ, in nostri constituti præsentia, Nobis cum reverentia explicarunt, quod licet Illustrissimus Dominus Jacobus, bonæ memoriæ Rex Aragonum, Triavus noster, per privilegium suum, per nos postea confirmatum, universis, & singulis Civibus, & habitatoribus Civitatis prædictæ, & totius termini ejus, tunc præsentibus, & futuris in perpetuum concesserit, quod haberent in dicta Civitate, & toto predicto ejus termino, & in omnibus Castris, Villis, Alcareis, & quibuslibet aliis locis totius dicti Regni Valentiæ pascua, herbas, prata franca, & libera, sine omni censu, tributo, servitio, dono, servitute, & qualibet alia demanda, & exactione; itaque totum bestiarium eorum posset esse, jacere, ire, stare, & reddire salvè, & securè, liberè, & franquè per totum terminum Civitatis, & Regni Valentiæ prædictum, & habere in toto dicto Regno pascua, & potationes, sine carnagio, herbagio, montatico, & beuragio; prout in dicto privilegio dicti Domini Triavi nostri, Dat. Valent. Idus Januarii, anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo nono; de quo dicti Nuntii parati se obtulerunt,

(9) Privil. 109. del Señor Don Pedro II. sobre Amprios, y jurisdiccio̅ de los antiguos Jurados.

Nobis facere promptam fidem præmissa plenius continetur. Et licet etiam Civitati jam dictæ concessa per dictum Privilegium, ut præfertur, per Forum Valentiæ positum sub Rubrica de les Pastures, & del Vedat, & qui incipit: Atorgam, que els Pobladors de la Ciutat, &c. Civitati ipsi effectualiter concedantur, & quoque ulterius per alium Forum Valentiæ positum sub eadem Rubrica, & qui incipit: Donam, è atorgam per tostemps, que en tots los Castells, Villes, Alqueries, Torres, &c. fuerit dictæ Civitati concessum per ejus Cives, & habitatores, sive Populatores, ac termini Civitatis ejusdem in omnibus Castris, Villis, Alchareis, Turribus, Mansis, & universis aliis Locis, & inhabitationibus infradictum Regnum ædificatis, & ædificandis, tam Ricorum-Hominum, & militum, & ipsorum, & aliorum omnium Religiosorum, quam etiam Civium, possint franquè, & liberè, sine omni servitio coacto, quod non tenentur facere dicto Domino Regi Triavo nostro, nec suis, & sine omni alia redemptione alterius accipere, ducere, extrahere, duci, ac scindi facere, fustes minutos, grossos, parvos, & magnos, calcem, guixum, vel algeptium, molas, & rodaria Molendinorum, ac lapides ad meliorandum, fabricandum, & ædificandum ædificia, & alios eorum usus, etiam ad vendendum, prout de contentis in dictis duobus Foris per eorum aspectionem potest liquidè apparere. Et vigore dictorum Privilegii, & Fororum jurati, & Universitas dictæ Civitatis, à temporibus confectionis eorumdem fuerint, & existant in plena, & pacifica possessione, vel quasi ademprivorum omnium prædictorum, & cognoscendi de eis liberè, & sine contradictione cujuscumque, si inde in aliquo per quemlibet perturbentur, prout hoc notum est nobis, & notorium toti Valentiæ Regno. Verumtamen, aliqui habentes Castra, Alchareas, seu Loca in dicto Regno contra formam, & mentem dictorum Privilegiorum, & Fororum in quorum observatione, nedum ipsius Civitatis, & Incolarum ejusdem, imo & nostri tamquam Domini Regis, & Principis dictorum Civitatis, & Regni, magnum vertitur interesse; cum sine dictis ademprivbefore, & cognitione eorum

ad dictos Juratos spectante; adversus dictam Civitatem Vobis obtulerunt, & offerunt malitiosè, & calumniosè juris firmas dictos Juratos, & Universitatem ad lites trahere, & eos expensis faticare, exinde contra Justitiam innitentes, & aliàs ipsos in dicta sua possessione turbantes, quæsitis coloribus minus debitè, & injustè. Ideò præfati Nuntii nobis humiliter supplicarunt, ut tam evidenti indemnitati nostri, & dictæ Civitatis, & alias super præmissis providere de congruo remedio dignaremur. Nos verò attendentes, quod dicta Ademprivia sunt adeo necessaria Civitati prædictæ, & Incolis ejusdem, ac termini sui, quod si ipsis privarentur, vel impedirentur in eis, Civitas ipsa vastitati, & depopulationi irreparabili pararetur, quod Nos omninò cupimus evitare; & considerantes propterea, quod Dominus Triavus noster jam dictus, & qui foros ediderunt prædictos, ad concedendum dictum Privilegium, & dictos foros edendum pro necessaria utilitate, & conservatione dictæ Civitatis, inducti, rationabiliter extiterunt; Animadvertentes etiam, quod quantum ad dicta ademprivia intentio Civitatis ipsius, per dictum Privilegium, & foros supra expressos videtur satis clarè fundata, cum ea in dicta Civitate, & Regno, pro jure communi serventur, & habeantur; quodque dicti Jurati ex longo usu, & præscripta consuetudine, jus cognoscendi de dictis Ademprivis, sibi adquisivisse dicuntur; Vobis dicimus, & mandamus de certa scientia, & expressè, ac pro prima, & secunda jussionibus, & peremptoriè, quod constito Vobis de dictis Privilegio, atque Foris, necnon, quod Jurati prædicti Universitas Civitatis jam dictæ sint, vel fuerint in possessione, vel quasi dictorum ademprivorum, & cognoscendi de eis, & de dubiis emergentibus ex eisdem, prætextu, seu vigore dictarum jurium firmarum Vobis oblatarum, vel quarumvis requisitionum Vobis providè factarum, seu fiendarum, si calumniosè fieri videritis; dictos Juratos, & Universitatem pro prædictis ad litem, seu judicium non trahatis, nec de cætero, vel sub dictis Ademprivis, aut cognitione eorumdem, seu dubiorum provenientium inde admittatis tales malitiosas juris firmas, vel alios li-

bel-

bellos quoscumque; imò eas penitus repellatis, nec aliàs dictos Juratos, & Universitatem, de, vel pro præmissis, quod calumniosa videritis litigare, quomodolibet compellatis, nec ipsos impediatis, nec impediri aliqualiter à quocumque permittatis, in, vel superdictis ademprivis, & eorum possessione, & jure cognoscendi de eis liberè, & quietè; quinimo dictos Juratos, & Universitatem, & singulares dictæ Civitatis, & termini sui, uti ademprivis omnibus supradictis, & dictos Juratos cognitione eorum, vel dubiorum prædictorum sinatis, & faciatis pacificè, & quietè, juxta dictorum Privilegii, & Fororum, mentem, & seriem pernotatam, manutenendo, nec minus, & etiam defendendo eosdem in sua plenaria possessione prædicta viriliter, & potenter, quacumque litispendentia non obstante: in his siquidem taliter Vos habendo, quod dicta Civitas quæ pro servitio nostro, & occasione guerre præteritæ variis oneribus oppressa, sumptibus, vel expensis, aut litis dispendio, non gravetur, & ad Nos revocare hac de causa denuò non cogatur. Dat. Barchinon. vigesimo die Augusti, anno à Nativitate Domini millesimo tercentesimo sexagesimo primo.---

(10) Privil. 110. del Sr. Don Pedro II. sobre dichos Amprios, y su conocimiento.

Nos Petrus Dei gratia, Rex Aragonum, Valentiæ, &c. Dilecto Conciliario nostro Garciæ de Loris Militi, Gerenti vices Gubernatoris Generalis in Regno Valentiæ, vel ejus Locumthenenti, salutem, & dilectionem. Nuntii per Universitatem Civitatis Valentiæ ad nostram præsentiam destinati, exposuerunt humiliter coram Nobis, quod Jurati, & Universitas Civitatis ejusdem, tam ex usu antiquo hactenus observato, quam ex donatione inde ipsi Universitati, ut dicitur, & ex privilegiis eis concessis, & juxtam formam quorumdam fororum in dicto Regno editorum, habuerunt, & habent, & habere debent, & consueverunt usus ademprivorum, & ademprivia pasturandi, & pascendi eorum bestiaria in terminis Castrorum, Locorum, & Villarum Nobilium, Militum, Generosorum, Civium, Personarum Ecclesiasticarum, & aliorum Regni Valentiæ; necnon lignandi in dictis terminis, ac faciendi in eisdem gipsum, calcem, scindendi lapides, & habendi alia ademprivia quæ eorum

rum

rum incubunt necessitati, & ea omnia à terminis dictorum Locorum, & uniuscujusque ipsorum abstrahendi à tanto tempore citra, quod memoria hominum in contrarium non existit. De quibus quidem ademprivìis, vos à pauco citra tempore, ut dicitur; intromitere, & cognoscere visum fuistis, & nitimini in præjudicium non modicum, ut dicitur, dictæ Civitatis, & privilegiorum donationis, & fororum prædictorum, seu usuum, quod inde dicti Jurati habere prætendunt de prædictis non modicam læsionem: Cum si Jurati, & Civitas prædicti, uti non valerent, & possent dictis Ademprivìis, sicut ut asseritur, debent, & possunt, ac consueverunt ex donatione, privilegiis, & foris, vel usibus superius allegatis posset de facili dicta Civitas ad depopulationem maximam devenire; ex eo quod si illi quorum sunt dicta Castra, Loca, & Villæ vendere possent herbagia, & alia, in quibus nunc dicta Civitas prædicta habere prætendit ademprivia, venderent illa personis extra Regnum degentibus, & habitatores Civitatis nequeuntes pascere eorum bestiaria, sicuti poterant, efficerentur inopes bestiariis, & subsequenter vigeret absque dubio in dicta Civitate Carnium maxima carestia, quæ Civitas magnæ populationis existit, & ad quam conveniunt multæ gentes, tam extraneæ, quam privatæ; quodque non ædificarentur tanta, & tan nobilia ædificia, domus, & alia in dicta Civitate, sicuti faciunt quotidiè; & fieri sperant, si faciendi gipsum, calcem, & lapides, ac ligna scindendi, ab illis quibus sunt dicta Castra, & Loca, & indè ea omnia abstrahendi, licentiam ipsos obtinere opporteret, pro quibus absque dubio immoderata ab eis exigerentur pretia: Quinimo ea quæ jam sunt facta, & ædificata, frustrata ademprivìis prædictis, ad ruinam absque dubio devenirent. Quapropter volentes super his, prout convenit debitè providere, Vobis dicimus, & mandamus, quatenus Juratos, & Universitatem dictæ Civitatis, seu ejus singulares, non aggravetis, seu perturbetis in prædictis, seu aliquo prædictorum, contra, seu propter donationem, & privilegia, seu foros, superius allegatos, vel usus super prædictis antiquitus observatos, nec patiamini eosdem

in prædictis aliquatenus perturbari, seu etiam aggravari. Dat. Barchinon. decimo die Novembris, anno à Nativitate Domini millesimo tercentesimo sexagesimo.------------------

(11) Priv. 19. del Señor Rey Don Martin sobre dichos Amprios, y su conocimiẽto.

Nos Martinus Dei gratia, Rex Aragonum, Valentiæ, &c. Nobili, & dilecto Conciliario nostro Guillermo Raymundo de Montechateno, Militi Gubernatori Regni Valentiæ, salutem, & dilectionem. Credimus, quod Vos ignorantia non excusat, quod de causis, seu quæstionibus Ademprivorum Regni Valentiæ Vobis intromittendi aliquatenus est substracta facultas. Miramur igitur, & contra vos cogimur indignari, quod quamdam firmam juris factam pro parte Brachiorum Ecclesiæ, & Militaris, Commendatoris, quæ de Bexix, & etiam nonnullarum Villarum Regalium dicti Regni Valentiæ publicationi cujusdam nostræ provisionis tangentis nonnullas lites, seu quæstiones, quæ ex ademprivíis, & libertatibus vertuntur inter Priorem nostri Monasterii Vallis Jesu Christi ex parte una, & dictum Commendatorem de Bexix ex parte altera; cujus Commendatoris importuna instantia, firma juris posita extitit pro expressa. Quo circa, supplicato nobis humiliter per Priorem Monasterii antedicti, in nostra Curia nunc præsentem, super istis auxiliaris nostræ provisionis remedium adhiberi, dicimus, & mandamus Vobis de certa scientia, & expressè pro prima, & secunda jussionibus, sub pœna mille florenorum auri de Aragonia, de bonis vestris, si contra feceritis, habendorum, nostroque applicandorum ærario, quatenus de dicta firma juris, seu causis, atque quæstionibus dependentibus, seu connexis ex eadem motis pariter, & movendis, nullatenus intromittendo causas pretactas, Juratis Civitatis Valentiæ, Judicibus similium causarum remittere procuretis. Cum Vobis ad cautelam faciendi contrarium, potestatem omnimodam auferentes: irritum decernimus, & innane, quidquid per Vos forsam, quod nullatenus oppinamur, secus contingerit, attentari: Verum, si aliquid dictarum causarum fuerint, quarum dicti Jurati Judices esse non possent; in hoc casu, attento, quod altercatur de viribus libertatum, & privilegiorum, quorum interpretatio, judicium, seu decisio, nisi nobis alteri, non di-

dinoſcitur, ſpectare; percipientes jam dictas unà cum proceſsibus, & enantatis, ſeu eorum copiam, clauſam, & ſigillatam per fidelem Nuntium ad Nos remittatis; cum dictas cauſas ad noſtram Audientiam providerimus evocandas, ut inde viſis, quæ videnda fuerint, partibus auditis, poſsimus in noſtra Audientia, ſuper dictis cauſis, ſive litibus juſtitiam miniſtrare; & caveatis attentè, quod prece, pretio, ſeu favore cujuſpiam in exequendo quæ noſtra mandat authoritas, ſuper prædictis non ſit negligens, ſeu remiſſus, aliter, certo, certius, Vobis ſit, quod ultra præinſertam executionem dictæ penæ, quam indubiè fieri faciemus; cognoſcetis hoc nos tenere cordi, foreque punitione digniſsimum, ſui Regis, & Principis exprevisſe mandata. Dat. Barchinon. tertio die Octobris, anno à Nativitate Domini milleſimo quadrageteſimo octavo.-- Rex Martinus.-----------------

Nos Infans Joannes, Sereniſsimi Domini Regis Primogenitus, ac in omnibus Regnis, & terris ſuis Generalis Locumthenens. Attendentes, pro parte Univerſitatis Civitatis Valentię, in petione humili, loco gravaminis nobis oblata in Generali Curia, quam nomine, & loco dicti Domini Regis, & ex urgenti neceſsitate ſuæ perſonæ, de preſenti celebramus incolis dicti Regni Valentiæ, fuiſſe Nobis expoſitum reverenter, quod licet univerſi, & ſinguli Cives, & habitatores ipſius Civitatis, & termini ſui ex ſpecialibus privilegiis, per prædeceſſores dicti Domini Genitoris noſtri, ac noſtros Reges Aragonum Illuſtres eis conceſsis, ac per ipſum Dominum Regem, & Nos confirmatis; fuiſſent, & eſſent, ac ſint, eſſeque debeant franchi, & eſſenti à ſolutione quorumcumque vectigalium, & ſignanter cujuſdam juris nominati vulgariter carnerage, & montarage: verumtamen Bajulus in parte Regni Valentiæ ultra Sexonam, ad inſtantiam Collectorum dicti juris, & aliàs ex Officio nitebatur ipſos compellere de facto ad ſolvendum ipſum jus, pro beſtiariis eorumdem tranſeuntibus, vel exiſtentibus in dicta parte Regni ultra Sexonam, contra formam, & mentem privilegiorum ſuorum. Prædictorum, ob quod fuit nobis humiliter ſupplicatum, per Nos eis ſuper hoc de juſtitiæ re-

(12) Priv. 3. original del Señor Infante Don Juan el I. ſobre paſtos en Orihuela, y Alicante.

me-

medio provideri. Nos, igitur, volentes in his debitè providere, sicut decet, fideles nostros Franciscum Marrades, Bajulum Generalem Regni Valentiæ, & Joannem de Olito, Bajulum in dicta parte Regni ultra Sexonam, pro interesse Regio, atque nostro, nec non Arrendatores dicti Juris, & Procuratorem Reverendi Lupi de Luna, Archiepiscopi Cæsaraugustæ, de ipso jure, non ut Archiepiscopus, sed ut Lupus de Luna concessione, & assignatione à dicto Domino Rege habentis, vocari mandavimus, & fecimus coram Nobis. Tandem auditis in collationibus prænominatis Bajulis, & Arrendatoribus ex parte una, & Syndicis dictæ Civitatis ex parte altera, ipsarum partium advocatis; & visis duobus Privilegiis eidem Civitati super dicta franchitate concessis, altero per Dominum Jacobum Triavum, Dat. Valentiæ Idibus Januarii, anno à Nativitate Domini millesimo ducentesimo trigesimo nono, & altero per Dominum Jacobum Præavum, nostros Reges Aragonum memoriæ recolendę, Dat. Barchinon. quinto Kalendis Aprilis, anno Domini millesimo tercentesimo vigesimo quarto; viso alterius alio Privilegio dicti Domini Præavi nostri, Dat. Valentiæ septimo Kalendis Julii, anno Domini millesimo tercentesimo octavo, per quod idem Dominus Rex Jacobus, Præavus noster, Villam Oriolæ, Villam Alicante, & alias Villas, & Loca, ultra Sexonam, quæ tunc suo dominio pervenerant, provisione perpetua univit dicto Regno Valentiæ, & de ipso Regno illas esse, habitatoresque illarum, secundum foros ejusdem Regni, voluit judicari. Visa etiam quadam concessione, sive assignatione per dictum Dominum Regem Genitorem nostrum facta dicto Reverendo Lupo, de, vel super jure ipsius carnagii, seu montagii, cum Carta sua data Cæsaraugustæ decimo octavo die Februarii, anno à Nativitate Domini millesimo tercentesimo sexagesimo, rationibus in ea contentis; & demum allegationibus, & rationibus dictarum partium, & cujuslibet earum plenissimè auditis, & juribus ipsarum diligenter discusis, habitaque deliberatione plenariè semel, & pluries in nostro Concilio super ipsis: Thenore præsentis in plena Curia, more, & vice Principis,

& Primogeniti, in Solio sedentes, decernimus, & declaramus, prædictam Civitatem Valentiæ, universos, & singulos Cives, & habitatores ejusdem, ac termini sui, fuisse, ac fore, & debere esse franchos, & immunes penitus, à solutione juris dicti Carneragii, sive montagii, tam in dicta parte Regni, ultra Sexonam, quam aliàs in toto Regno Valentino supradicto, quibusvis rationibus, concessionibus, & allegationibus in contrarium factis, vel productis, quas franchitati, & immunitati hujusmodi minimè obstare decernimus obsistentibus nullo modo. Mandantes per eamdem firmiter, & de certa scientia prædictis Bajulis, & utrique ipsorum cæterisque Officialibus dicti Domini Regis, & nostris, & aliis sub dominio Regio, tam citra, quàm ultra Sexonam constitutis, præsentibus, & futuris, quatenus declarationem nostram hujusmodi firmiter observando prædictum jus Carneragii, seu montagii, vel aliquid pro eo, à Civibus, vel habitatoribus dictæ Civitatis, & termini sui, vel à bestiariis, aut rebus ipsorum, vel alicujus eorum minimè petant, vel exigant, seu peti, vel exigi faciant, permittant, seu consentiant: imò quidquid hac de causa receperint ab uno anno proximè elapso citra, restituant eis, à quibus receperunt, omni obstaculo quiescente. Et ex tunc franchitatem, & immunitatem jam dictas prædictis Civibus, & habitatoribus, & cuilibet illorum observent, & ab aliis observari faciant; nec contra eas, eos, vel ipsorum aliquem aggravent, impediant, vel molestent, aut aggravari, impediri, vel molestari consentiant, vel permittant, si iram, vel indignationem regiam, vel nostram, ac pœnas in prædeclarato franchitatis privilegio, dicti Domini Regis Proavi nostri appositas, cupiunt evitare: In cujus rei testimonium præsentem Cartam nostram fieri, nostroque pendenti Sigillo jussimus communiri. Datum, & actum in Capitulo Monasterii Fratrum Prædicatorum, dum inibi celebratur generalis Curia supradicta. Tertia die Februarii, anno à Nativitate Domini millesimo tercentesimo septuagesimo quarto-- Dominus Dux in præsenti Curia, quam Valentinis celebrabat, mandavit; recepit D. Pinòs, & fuit visa, & recognita per

Joannem Christophorum de Salanova, & fuit scripta pro Domino Duce-- Locum Rubricæ-- Locum Sigilli cerei rubei pendentis-- Reg. in Grat. quinto.----------------------------

(13) Priv.43. del Señor Don Alfonso III. sobre la provisiõ de los Abastos de Valẽcia.

Nos Alfonsus Dei gratia, Rex Aragonum, Valentiæ, &c. Quia dilectis, & fidelibus nostris Civitatis Valentiæ, anno quolibet maximum incumbit Studium, sive Cura, ut universitati Civitatis ipsius, necessariis, & opportunis victualibus, utpote frumento, vino, oleo, annona, carnibus, lignis, carbone, & cæteris ad victum spectantibus abundanter provideatur: & propterea, magnas dictam Universitatem subire oporteat impensas. Contingatque plerumque, prout præterita experientia in luce eduxit, complurimos Mercatores, seu Institores, & alios, qui in dictis primum, emendis frumentis, vino, oleo, annona, carnibus, carbone, lignis, & aliis victualibus maximè lucrari satagunt, atque percupiunt, qua ipsa victualia, tam intus dictam Civitatem, quam extra per Civitates, Loca, & terras Regni Clavi recondunt, sive reponunt in fosis, & aliis Apothecis secretis, repositaque & abscondita, detinent tandiu, & donec scilicet illa ad maximum pretium, seu caritudinem, vendere, expedire, & absolvere possunt: ex quo maximum evenit detrimentum Reipublicæ dictæ Civitatis. Et propterea ad instantiam dictorum Juratorum, Gubernator, aut ejus Locumthenens dicti Regni soleat mittere unum, aut plures Commissarios, sive Nuntios ad impensas dictæ Civitatis, ad inquirendum de dictis Victualibus repositis, seu secreto reconditis, ut illa retecta, & in patuum abstracta, in dictam Civitatem Valentiæ devehi faciant, pœnasque ab eis qui in dictis, reponendis, recondendisque victualibus, incurrerint juxta privilegia dictæ Civitatis, exigant: Sæpissimeque coningat, quod dicti Commissari minimè experti in prædictis, aut non sagacitater, aut minus benè in eisdem se gerant in maximum damnum Civitatis prædictæ: Fuit nostræ Majestati humiliter supplicatum, per dilectum, & fidelem Conciliarium nostrum Manuelem Suau, Rationalem, & Oratorem Civitatis ejusdem, ut de opportuno, atque decenti in his remedis providere dignaremur: Nos dictæ supplicationi,

tamquam justæ benigniter inclinati, tenore præsentis, de certa nostra scienta, & consultè, prædictis Juratis licentiam concedimus, & facultatem, ac potestatem liberam impartimur, quod toties quoties eis visum fuerit opportunum pro dictis inquirendis, seu indagandis victualibus, possint, & liberè valeant, Gubernatori Regni Valentiæ, seu ejus Locumthenens nominare unum, aut plures Commissarios, seu personas idoneas, tantum ad prædicta; quos sic nominatos Gubernator ipse, seu ejus Locumthenens cum commissione, authoritate, & facultate opportuna mittere, seu destinare, habeat ad inquirendum de dictis frumento, vino, ordeo, annona, carnibus, lignis, carbone, & aliis victualibus quibuscumque, absconditis, seu secreto repositis, & illa in dicta Civitate devehi faciendum, pœnasque ab illis, qui dicto prætextu eas incurrerint, exigendum: Illustrissimæ propterea Reginæ Mariæ consorti charissimæ, & Locumthenenti nostræ Generali intentionem nostram declaramus, dicimus, atque mandamus prædicto Gubernatori, & ejus Locumthenenti; nec non Bajulo Generali dicti Regni Valentiæ, cæterisque aliis Officialibus nostris in eodem Regno, eorumque Locumthenentibus præsentibus, & futuris ad quos spectat, de dicta certa nostra scientia, & consultè, ut forma præsentis nostræ provisionis, per eos, & unumquemque ipsorum diligenter inspecta, teneant prædicta firmiter, & observent; tenerique, & observari faciant inviolabiliter per quoscumque, sicut gratiam nostram caram habent: Quibuscumque huic nostræ provisioni fortè contrariantibus obsistentibus nullo modo. In quorum testimonium præsentes fieri jussimus, nostro communi Sigillo impendenti munitas. Dat. in Castello novo Neapolis, die sexto mensis Junii, anno Domini millesimo quadrigentesimo quadragesimo quarto, Regnorum nostrorum anno vigesimo nono, hujus vero Regni nostri Siciliæ Citra Farum, anno decimo.------------------------------------

(14) Real Carta de la Señora Reyna Doña Juana para q̃ Valencia pueda sacar ganados de Castilla. lib. 2. Cart. Rs. fol. 16.

La Reyna. Consejos, Justicias, Regidores, Cavalleros, Escuderos, Oficiales, y Hombres buenos de qualesquier Ciudades, Villas, y Lugares de estos mis Reynos, y Señorios, è à los Arrendadores, Dezmeros, è Guardas de los Puer-

Puertos, è Passos, que son dentro estos dichos Reynos, è Señorìos de Castilla, y el mi Reyno de Valencia, è à cada uno, è qualquiera de Vos, à quien esta mi Cedula fuere mostrada: Por quanto la Ciudad de Valencia, en vida del Rey, mi Señor, è Padre de gloriosa memoria, continuamente se ha proveìdo de todas las Carnes que ha avido menéster para su provehimiento de estos dichos Reynos, è Señorìos de Castilla: è aora por ser fallecido, è passado de esta presente vida el dicho Rey mi Señor, è Padre podria ser, que se le pusiesse algun impedimento en el comprar, è sacar de las dichas Carnes, de que podria recibir mucho daño: Por ende yo vos mando, que cada, è quando la dicha Ciudad de Valencia embiare à qualquier de essas dichas Ciudades, Villas, è Lugares à comprar las carnes que huviere menester para su mantenimiento, se las dexeis, è permitades libremente comprar à las personas que la dicha Ciudad embiare à las sacar, è llevar, è passar por los dichos Puertos, segun, è de la manera que en vida del dicho Rey mi Señor, è Padre lo hacia, è acostumbrò facer, sin la poner embargo, ni impedimento alguno; que assi cumple à mi servicio; en los unos, y en los otros no fagades ende. Fecha en Talavera à diez dias del mes de Febrero de mil quinientos è diez y seis años-- F. Cardinalis Adrianus Embaxator-- Por mandado del Principe nuestro Señor, y los Governadores en su nombre-- Juan Roiz de Talsebas.---------

(15) Possession à favor de Valencia en el uso de los Privilegios de pastos.

En virtud de cuyos Privilegios, y Reales Mercedes, y de otras muchas Reales Provisiones, y declaraciones, que se hallan en dichos Archivos, ha usado, y gozado esta Ciudad por medio de sus Abastecedores, y Vecinos de la Franqueza, y libertad de tener, llevar, estar, pastar, y abrebar todos sus ganados lanares, bacunos, y de cerda, por todos los amprios, montes blancos, riberas, marjales, y prados de todas las Ciudades, Villas, Castillos, y Lugares de su Reyno, sin excepcion de Realengo, y Señorío, ni de Eclesiastico, ni de particular; reservando en cada Pueblo solamente el Bobalar, ò Redonda (que es el termi-

mino privativo para ſus propios ganados ; y haberios) en el qual por antiguas diſpoſiciones , y ordenanzas deve aver los paſſos reales , azagadores , y caminos convenientes con la amplitud neceſſaria , para que los ganados lleguen à los Abrebadores , y tranſiten por ellos à los amprios ; y montes blancos ſin embarazo alguno: por todo lo qual no hàn pagado , ni devido pagar , en conformidad de dichos Privilegios , derechos algunos de montage , herbage , abrebage , barcage , pontage , lana , borra , y otros tributos Reales , y Municipales que ay eſtablecidos en los Pueblos por razon de paſtos , y tranſitos de ganados. Y aſsi miſmo han uſado de la franqueza , y libertad de rozar , y arrancar leña , madera , cal , arena , piedra , yeſſo, y demàs que ha neceſsitado dicha Ciudad , y ſus vecinos para ſus edificios , obrages , y fabricas , ſin pagar por eſta razon coſa alguna , ni en la extraccion , ni en la conduccion de dichos materiales. Amàs de lo qual ha gozado ſiempre de la facultad de embiar por todo ſu Reyno Comiſſarios para recoger con preferencia los abaſtos , que ha neceſsitado para ſu proviſion , guardandoſe à ſus Conductores las franquezas , eſſenciones, y libertades , que vàn referidas , y otras muchas que eſtavan concedidas à dichos Conductores , Abaſtecedores , y Vecinos ; de forma , que aquellos , y ſus Cabañas , y ganados no podian ſer detenidos , embargados , ni moleſtados , ſegun , y como literalmente lo mandan , y previenen los preinſertos Reales Privilegios.

(16) Poſſeſsiō de la juriſdiccion que tuvieron los antiguos Jurados en las cauſas de Amprios.

Por los quales aſsi miſmo conſta , que antiguamente los Jurados , en nombre del Conſejo General , que repreſentava el Comun , y Univerſidad de eſta Ciudad, tenian juriſdiccion eſpecial , y privativa en las cauſas, y negocios correſpondientes à las dichas franquezas de Paſtos , y à ſu obſervancia , y cumplimiento ; procediendo contra los que las embarazavan , y perturbavan , imponiendoles las penas , que preſcriven dichos

